



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 60. Ambo Podiebracii filii a Cæsare Imperii Principes creati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. A.C. 1462. rem enim tam dextre gessit, ut nullatenus Imperatorem hostium suorum manibus eripere, sed potius inter eos pacem conciliare crederetur; quippe præprimis postulabat, ut Cæsari ex arce progrediendi libertas, ac cum fratre suo colloquendi copia daretur. Verum Podiebracius hoc ipso stratagemate Fridericum obsidentium potentia subtraxit.
Comment. Imperator hujus beneficii memor, apud *Pii II. l. 10.* Pium Pontificem pro Podiebracio deprecatus est, ne, prout decrevisset, poenarum severitate in eum ageret, sed potius iram suam exerere differret, spatiumque Podiebracio concederet, ut juxta datam ab eo fidem ad Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ obsequium redire posset. Annuit precibus Imperatoris Pontifex, eaque res Podiebracii animum mira voluptate affecit.

§. LX.

Ambo Podiebracii Filii a Cæsare Imperii Principes creati.

Neque hic gratus Friderici animus erga Bohemiæ Regem stetit, sed ambos quoque ejusdem Filios Victorinum, & Henricum honorare statuit, quapropter utrumque auctoritate Cæsarea Imperii Principes creavit.

§. LXI.